



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

De Reliqvis Dvobvs praeceptis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

ra aliqua, sed etenim, ne violentur pacta. **N**am  
pastorum et iuriisurandi religio iure diuino ser-  
uanda est. **I**deo etiam fides hosti data, scrupuli de-  
bet. **S**ed præter pacta et iuriisurandum uti occul-  
tatione consiliorum, uel aliqua figura concessum  
est. **S**ic occultare licet innocentem, quem tyran-  
nus aliquis inquirit, ut eum afficiat supplicio,  
quia in tali casu manifestatio spontanea peccatum  
est. **C**onstituta ergo definitione, quid sit mentiri,  
facilis erit dijudicatio, ubi sint excusabiles figu-  
ræ. **E**st enim mentiri non solum occultatio, sed  
depravatio contra conscientiam, de ea re, quam  
dici oportuit.

**A**ddunt tertiam speciem iocosam, ut poemata,  
apologos, false dicta. **S**ed haec nequaquam sunt  
mendacia, sed potius picturæ eius quod senti-  
mus. **Q**uod ut sit illustrius, proponimus in exem-  
plis quibusdam propter similitudinem naturarum  
adhibitis, ut lupus est imago tyranni, uulpecula  
imago hominis circumspecti et astuti. **A**d hoc  
genus pertinent omnis generis false dicta in quo-  
tidiana uita, quibus utimur ad admonendos homi-  
nes, quale illud est **P**hilippi de iudice, qui faciem  
pinxerat fucis, hunc iubet abdicare officium, in-  
quiens, **T**ucatum non uere iudicare.

DE RELIQVIS PVOBVS  
præceptis. **H** 5 **R**eli-

**R**Elqua duo præcepta addita sunt, ut interpretentur legem, et discernant legem Dei ab humanis legibus & à philosophia. Nā leges humanæ prohibent externa facta. Sed hæc præcepta testantur legem Dei non solum de exterioribus factis loqui, sed etiam de interioribus affectibus, et inclinatione ac immundicia naturæ. Cum igitur ait lex, Non concupisces uxorem aut rem proximi, duo complectitur, & affectus malos, & caussam malorum affectuum, scilicet ipsum morbum naturæ, qui uocatur peccatum originalis. Hunc morbum humanæ leges et philosophia non iudicant esse peccatum. Ideo lex Dei accusat eum, ut discamus quām horribiliter hæc humana natura immersa sit peccato, et agnoscamus nos non posse legi satisfacere, sed habere opus alia iustitia. Itaq; hæc duo postrema præcepta non pertinent ad disciplinam, sed ad superiorē usum legis, scilicet ad accusandum peccatum in tota natura humana, ut agnoscamus uitium originis. **D E F I N E.**

**I**N singulis præceptis diligenter addendus est finis, ut fiant propter D̄cum, hoc est, ut in timore Dei & referatur ad Deum, ut, Magistratui obedias, quia timeas Deum, & uelis Deo parere. Ita non defraudes alium in contractu, quia